Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 112

[S.l.], [8. bis 9. Jh.]

Ps. Sergius/Servius, Explanationum in Artem Donati Lib. I

urn:nbn:de:bsz:31-1464

Visual Library

habundo bonitate. t bonitatibus. non bonitatem t bonitates. castro (uicio t.) uicus. non uicium t uicia. egeo pane t panibus; non panem t panes; Priuor honore t honoribus. non honorem t honores. plenus sum doctrina t doctrinis. non doctrinam t doctrinas; Subscripto epistulae t epistolis. non epistulam t epistolas. Quaelibet ergo nomina uerbis istis quae conprehendimus uoluerimus applicare. semper ablatiui casus declinationi seruiunt. tamen ut nec una littera addatur. nam si aliter sit uitium. sicque ad scribendum est; Ac si enim casui cum haec uerba nominibus iunguntur. sine praepositione. ac si casui seruiunt. ut est egredior fores. roma uado. rauenna distinor; & his similia; Ceterum si sine motu dicis. ablatiuum positurus es. & tunc dicis foris sum. roma t rome consisto; Quia ergo unus est casus rauenna t rauenne; Sciendum est etiam. quod ablatiui casus hanc partem tenet. corinthi disco. tamquam corintho. unius enim casus declinatio est; Damasci eram. tamquam damasco. effesi praedicabam. tamquam effeso. lugduni t augustoduni legebam. tamquam lugduno t augustoduno. & his similia.

DE PREPOSITIONE.

Praepositio dicitur quod in eloquendo praeponitur. ut est. ante aedem templi. ante fores. apud amicum; Numquid possumus dicere. amicum apud templum ante. Propterea ergo praepositio dicta est. eo quod nuncupetur priore alia orationis praecedentes particulae; Sunt tamen aliqua quae postponuntur. propter accentum. sicut cum mecum. tecum. secum. non enim possumus dicere. cum me. cum te. ecce cum. praepositio postposita est;

Omnis praepositio hanc habet naturam. ut aut augeat aut minuat aliquid. aut in contrarium uertat. aut nihil significet;

Sepe enim praepositio ut dictum est. auget aut minuet; Auget ut puta. si dicas clarus. addis praepositionem. & facit praeclarus;

Minuet ut dolus. addis sub. & facit subdolus. plus enim est dolum quam subdolum;

In contrarium uertit. ut felix. infelix.

Nihil significat. ut natat. innatat. uirgilius innatat alnus missa pado.

Praepositiones non habent nisi casum cui seruiant. & habent duos casus tenentes. omnes enim praepositiones. aut accusatiui casus sunt. aut ablatiui;

Accusatiue praepositiones omnes xxx. ablatiue omnes xii. communes utriusque casus. duo sunt. loquellares. ui sunt. con. di. dis. re. se. am. quae accusatiui

casus. in ablatiuum numquam transeunt. nec quae ablatiui sunt. in accusatiuum;

De accusatiuis praepositionibus: apud. et ad. sollicite ponere debemus; ad tunc ponenda est. quando ad eum significat. ut ad amicum uado. apud tunc. quotiens in loco esse significamus. ut apud amicum sum quamquam habemus exempla quibus recte ponatur; ad. quotiens significamus in loco. ut prima quod troiam pro caris gesserat argis. et apud locant et habitare uel dixisti.

Usque. talis est inter praepositiones. ut solo possit recipere alteram praepositionem: Nemo enim dicit. de post forum. nemo enim ab ante. ad. uero dicimus; ad usque. abusque; uirgilius. adusque columnas. et solat; Et sicolo prosperit. adusque pacino. hoc ideo fit quia usque praeponitur et aduerbium habere ad locum. aut de loco significantis; ad locum frequentius legimus. de loco. habemus aliud exemplum usque: coloratis amnis. deuexus ab indis.,

Inter ablatiui praepositiones est una indubitabilis. clam cuius casus est. Cuius uis est cum arbitrio tuo exequi potest. Dicimus. ad clam patre. et clam patrem. neque obseruatio est aliqua. ut in communibus. Nam communes praepositiones. licet utrumque deseruiant; tamen non est illis aliqua obseruatio. Nam quando permansionem significat. semper ablatiuo iungitur. et sub. et super. quando permutationem. accusatiuo; Ut si dicas. in foro sto. in foro sedeo; Qui dicit sto. et sedeo. permansionem significat. ideo ablatiuo iungitur.

Inde qui dicit. in forum eo. in senatum eo. permutationem significat. de loco ad locum. ideo accusatiuo recte iungitur; In praepositio. Quoniam sunt aliqua uerba quae habent dubitationem; Scire debemus quod plerumque sensu discernitur. istae praepositionum communia. ut puta cado. ambulo. curro; possumus enim dicere. et in foro curro. et in foro ambulo. et in platea ambulo (cado). Ergo discernuntur. ut si in foro positus. ambules. aut curras. ablatiuo utaris. Si de alio loco illa ferens accusatiuo; Et cicero dicit. includuntur in carcerem. condempnati. recte dicit;

Significat enim eor de loco in locum. ubi esse se debebat ad carcerem ducens includendus. Ideo rursum ubi ... ibi fuit inclusus. ... Gaius recte ait. inclusus in carcerem.

Super et sub. ut donato placuit magistro. accusatiuae sunt quam communes. habent exemplum donati. Qui dixit quotiens localiter significant accusatiuis se iungendos. nec auctorum nobis exemplo obstant. utraque ubi erant sine ullo discrimine his utebantur. Uirgilius rapuit que in fomite flammam. non dixit fomitem. cum rapuit per mutationem de re ad rem significat. Idem nunc casum. sermo uagarum conditus in nubem. et noctem conduntur in aluo geminam super arbore. sidunt sidunt. et seua sedens super arma;

Loquellares semper praepositiones cohaerent. nec aliquid ualent solitae positae. atque figuram faciunt coniunctae. ut con pono. diduco. disiungo. seuoco. separo. ambulo. disceptatio. diutinum. diuturnum. dispectus. contemptus. degrediscio. demum. demum. deinceps.

Dicuntur loquellares uerbo. quia loquellis idem uerbis semper cohaerent. nec aliquid ualent. sole positae. ut dis. coniunctae uero uerbis. figuram faciunt ut di. duco. distraho.

DE INTERIECTIONE.

Interiectio est pars quae mentibus affectum ostendit. sed uoce incitata. ubi uox plena non est. nisi ex ipso affectu plerumque tremens contingit. et ut uox integra. de que aliam passionem efficiat. interiectio sit per sensum uero praefectus. hae interiectiones sunt. quo timentis cum se in flammatione. ab irato proferuntur.

Interiectio uacare. quia sermonibus. interiectae. Idem interpositae affectum commoti animi exprimit. Sicut cum dicitur. abseultante. uua. adolente. heu. ab irascendum hae atumena. ei. quae uocem quarum cum que linguarum proprias unde nec aliam linguam facile transferuntur; Interiectio explicant ut puta si dicas mortuus est achilles. utrum hos laceffras. an molesto. nec dum exprimisti; ergo si dicas. ua mortuus est achilles. ostendisti quod hoc molestiferes. Et illud quod non potuimus explicare integro. et pleno sermone. acibe uae. hac particula exprimimus,